bilia Summasq pecunias et res suas post morte recognoscentis derelictas
Cum eo iure dominio proprietate omnibusq utilitatibus fructibus pro-
ventibus redditibus emolumentis obvenientibus attinen et pertinen generaliter uni-
versis nullis penitus exceptis usufruebit et possidebit ad extrema
duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem con-
sortis suae bona supranominata omnia ad successores sui recognoscentis
sine ulla quavis contradictione praedictae consortis suae successorum
totaliter et plene iure redundabunt et devoluentur hac sua
praesenti recognitione in praemissis mediante.

Idem eidem Reformat

Comparens personaliter coram Officio Actisq praesentibus
Castren Capitan Premislien Generosus Andreas
de Zmigrod Stadnicky Poulaw Terrae Sanocen olim Generosi
Christophori Stadnicky filius sanus mente et corpore existens a
Terrestribus Actibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibus propriis
et competentibus recedendo Huic autem Iurisdictioni Castren Capitanealis
Copia Premislien quoad actum praesentem attinet se cum successoribus
ac bonis suis omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus
Barbarae de Loray olim Generosi Martini Czuryło filiae consorti
suae charissimae eiusq parenti summam Viginti Millium florenorum
Polonicalium nomine dotis et expeditionis eam de bonis paternis et
maternis [illegible] concernentibus per eam acceptis et vidualium suam importantis
aliam similem summam Viginti Millium floren Polonicalium nomine certi

veri et iusti dotalitii in et super tota et integra medietate omnium
generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immo-
bilium ac summarum quarumvis pecuniarum tam in parata depositorum
quam apud quosvis debitores et depositores existentium tum auri ar-
genti clenodiorum unionum vestium vestimentorum aeris stanni
cupri orichalci ferri formati et non formati pecorum pecudum
equitium aliorumq quorumvis ac cuiuscunq denominationis sint et
in quacunq materia extiterint ac totius denique substantiae et
suppellectilis domesticae nunc habitis et habendis dat donat donlikat
inscribit et reformat per eam consortem suam eiusq successores posi-
dendum medietatem bonorum suorum praemissorum sibi reformatorum Cum omni
iure dominio et proprietate omnibusq et singulis eorum utilitatibus
fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis nihil
excipiendo tenendam habendam possidendam illaq pacifice et quiete utifruendam
[illegible] et more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno
observari solitarum praesenti sua recognitione in praemissis mediante.

Actum in Castro Premisliensi Fe- 14/VI
ria Secunda ante Festum Sanctorum 1638.
Viti et modesti Martirum proxi-
ma Anno Domini Millesimo Sexcentesi-
mo Trigesimo Octavo

Komarnicky Pawlokowicz Wysoczan-
skij Szwobowicz debet. Comparens personaliter